30.

D. JOH. ULR. CRAMERI,
POTENTISS. SUECOR. REG. HASS. LANDGR.
CONSILIARII AULICI,
PROF. JUR. ORD.

USUS PHILOSOPHIÆ WOLFIANÆ IN JURE

SPECIMEN QUARTUM,

DE

VERBIS PACTI SUCCESSORII IN TRANSACTIONE INITI INTERDUM IMPROPRIANDIS

AD

l. 15. 30. C. de PACT.

&

l. 2. §. fin. ff. de His, quæ ut indign.

CUM JUDICATO FACULTATIS JURIDICÆ MARBURGENSIS.

MARBURGI CATTORUM,
Apud PHILIPPUM CASIMIRUM MULLERUM,
MDCCXLI.

Digitized by Google

§. I.

QUod Leges 15. & 30. C. de *Pactis* Succeſſoria Pacta reprobantes apud nos receptæ non ſint, ampla non indiget probatione. Pacta namque iſta in praxi pro obligatoriis haberi, experientiſſimi uno ore fatentur JCti, MEVIUS (a), HARPRECHT (b), ALTORFFINI (c), LYNCKER (d), STRYCK (e), BOEHMER (f), HEINECCIUS (g), aliique complures. Nec deſtituitur obſervantia hæc ratione. Siquidem dictæ Leges ſpeciales ſunt, eum ob finem tantum latæ, ut perverſi & corrupti Romanorum tum temporis divitiarum cupidiſſimorum corrigerentur mores, cum nemo dives apud illos vitam ſine periculo agere potuerit, cujus heres erat notus; ut adeo ne dici quidem poſſit, ſummum Legiſlatorem pacta iſta ceu æquitati naturali repugnantia rejeciſſe, & quando eadem

 con-

(a) Conſ 81 n. 47. (b) Conſ. 18. n. 48. (c in Conſil. T. 2 R. 10. n. 18. (d) Deciſ. P. 2. Dec. 576 (e) Uſ. Mod. ff L. 2. Tit. 14. §. 18. (f) Conſ & Dec. T. 2. P 2 R. 887. n. 8. 9. T. 1. P. 2. R. 46. n. 15. (g) Elem. Jur. Germ. L. 2. tat. 6. §. 171.

contra bonos mores eſſe pronunciat, ſolos in pejus ruentes ſuo tempore Romanorum mores reſpiciat. Tales vero triſtiſſimi periculoſiſſimique eventus Germanis metuendi non erant, cum apud eos *quanto plus*, referente TACITO (h), *propinquorum quo major adfinium numerus, tanto gratioſior ſenectus fuerit, nec ulla orbitatis pretia.* Unde ipſis non erat, cur Pacta ſucceſſoria non æqueac reliqua omnia ſanctiſſime ſervarent, *nihil* cum Romanis quoque in l. 20. C. de *Transact. fidei humanæ ita congruere reputantes, quam ea, quæ placuerunt cuſtodiri.*

§. II.

Vapulant itaque Practici, qui hodienum uſus hodierni ignariſſimi ad dictas Leges contra pacta ſucceſſoria provocant, imo paciſcentes hereditate indignos pronunciant per legem 2. §. fin. ff. *de his, quæ ut indignis*, dictis Legibus ſuperſtructam. Et quidem nulla ratio apparet, bene monentibus BOEHMERO (i) & JCTIS ALTORFFINIS (k), cur Jus privatorum ab Illuſtrium perſonarum Jure hac in parte ex moribus Germanorum ſeparari debeat, cum potius obſervantia doceat, etiam inter inferioris conditionis homines talia pacta in Germania valere. Sique aliquis moribus antiquis Germanorum indiſtincte præponderare ſtatueret Jus Romanum, is ad minimum admitteret, neceſſe eſt Jus Canonicum Pacta iſta approbans, & ubi æquius præ Jure Romano receptum.

§. III.

Quamvis autem hæc ita ſint, nemo tamen ſtatim concludere poteſt: pacta in genere ab initio voluntatis, poſtea vero neceſſitatis, & ſic irrevocabilia habenda eſſe hæc Pacta ſucceſſoria, adeo ut per eadem teſtamentifactio ſtatim

(h) c. 20. (i) Conſ. T. 2. P. 2. R. 887. n. 9. (k) Conſil. Altorffin T. 2. R. 10. n. 18.

Digitized by Google

tim excludatur (l): optime enim annotavit Illuſtris Dn. Leyserus (m) diſtinguenda eſſe pacta ſucceſſoria, quod alia per modum contractus, alia in vim ultimæ voluntatis ineuntur, & hæc ab uno paciſcente invito altero licite revocari. Quando autem hæc a Dd. vocari, teſtatur, ſi verba in Teſtamentis & aliis ultimis voluntatibus conſueta, e. gr. **Erben, Erbſchafft**, in iſtis reperiuntur, id habeo addendum, eo adhuc eſſe reſpiciendum, an Pactum ſucceſſorium Transactionis acceſſorium ſit: tunc enim verba alias ultimam voluntatem denotantia improprianda & naturæ Transactionis tanquam principalis attemperanda eſſe cenſeo: modo abſurdum præcaveatur, quod paciſcens tranſigere, adeoque irrevocabiliter quid promittere voluerit, hæc vero ipſius voluntas ultima adeoque revocabilis ſit.

§. IV.

Occurrit nobis in Facultate nuper caſus, in quo Pactum ſucceſſorium in Transactione conditum erat, cui verba: **zur gleichen Theilung bleiben**/ inſerta reperiebantur, ſeu paſſus integer ſequens: **ihr übrig Antheil aber bliebe denen ſämtlichen ſowohl erſter als letzter Ehe Geſchwiſtern zur gleichen Theilung.** Quoniam itaque Perilluſtris Dn. de Wernher P. 1. O. 282. n. 6. inculcat, æquipollentia verba: **in gleiche Theilung gehen**, ad pactum mixtum ſeu ultimam voluntatem referri oportere; Quæſtio erat, an non pactum datum ſucceſſorium in vim ultimæ voluntatis conditum cenſendum ſit? Quoniam vero acceſſorium transactionis erat, ex qua ſoror, quæ ab eodem Teſtamento recedere intenderat

(l) Heineccius d. l. §. 171. Stryck. de Cautel. contr. S. 3. C. 6. §. 7. Lyncker. Deciſ. P. 2. D. 576. (m) Spec. 44. Med. I, II.

derat, præcipuum eum in finem acceperat, ut bona ipſius reliqua fratribus ſororibusve, tam unilateralibus, quam bilateralibus, ex æquis partibus poſt mortem obtingerent, qui alias in præcipuum iſtud conſenſuri non fuiſſent, dicta verba, ne abſurdum oriretur, improprianda erant, pronunciabaturque pro irrevocabilitate Pacti ſucceſſorii per modum Transactionis, quæ non minorem vim ac autoritatem habet, quam res judicata (l. 20. C. *de Transact.*) conditi.

§. V.

Maximum ad hoc pronunciatum ſuffulciendum habet momentum regula interpretandi, quam PHILOSOPHUS (§. 907. Logic. Lat.) demonſtrat, quæve generaliter ita enunciari poteſt: *quodſi ſignificatus repertus propoſitionem reddat falſam, vel prorſus manifeſto abſurdam, nec autor fuerit judicio carens; concludendum erit ipſum ab uſu loquendi recedere, adeoque ubi ſignificatus tantiſper variatus producit ſenſum propoſitionis vel verum, vel ſaltem non manifeſto abſurdum, is voci non definitæ tribuendus.* Ita hic ſeſe res habet. Si verba prædicati, zu gleicher Theilung bleiben, ultimam voluntatem ſignificarent, propoſitionem, ihr übrig Antheil bliebe denen ſämtlichen Erben ſowohl erſter als letzter Ehe Geſchwiſtern zur gleichen Theilung, manifeſto redderent abſurdam: cum reſiduum hoc ex mente tranſigentium irrevocabile eſſe deberet, hac ratione vero revocabile redderetur. Sane a Transactione prolubitu ſoror recedere potuiſſet; quod eſt falſiſſimum. Nec tamen tranſigentes judicio carebant, quinimo Officiales Publici aderant, quorum autoritate adhibita Transactio ſcripto comprehendebatur, & de quibus præſumendum, quod naturam transactionum intellexerint, nec cumulaverint, quæ ſibi mutuo repugnant. Unde utique concludendum, ipſos

ab

Digitized by Google

ab uſu loquendi receſſiſſe, adeoque quoniam ſignificatus verborum iſtorum tantiſper variatus, ut tantum quantitatem definiat portionum inter ſucceſſores pacțititos diſtribuendarum producit ſenſum propoſitionis verum, quod nempe pro conceſſo præcipuo reſiduum portionis hereditariæ compaciſcentibus ex æquis partibus obtingeret, nec abſurdum, ut nempe pro lubitu revocabile eſſet, quod tranſigendo promiſſum, eundem verbis dictis tribuendum eſſe.

§. VI.

Atque ſic datur evitare, ne prodeant pacta, ex quibus quid ſequitur improbum & abſurdum, Jure Canonico in c. 5. & 6. X. *de Pact.* infirmata (n). Ad horum poſterius refertur illud, ſi quis per pactum augendæ penſionis conſecutus eſt Eccleſiam. Velut in Provincia Cantuarienſi Regni Angliæ hæc prava invaluerat conſuetudo, ut vacantibus Eccleſiis, qui illarum rectores fieri cuperent, paciſcendo majores ſolito promitterent penſiones illis, qui conferendi poteſtatem habebant, eum in finem, ut aliis, qui easdem Eccleſias affectabant, præferrentur. Ex hoc pacto dicitur ſequi abſurdum, quoniam pactum Simoniacum continet, quod canonibus contrariatur. Ita vero & pactum ſucceſſorium Transactionis acceſſorium Legibus contrariaretur, & inprimis l. 20. C. de *Transact.* ſi illud in vim ultimæ voluntatis interpretaremur. Sed & hoc, ſi faceremus, prodiret pactum, ex quo ſequitur improbum, quale velut dicitur, ſi quis rem ſuam locando apponit pactum in præjudicium Juris parochialis alterius Eccleſiæ, e. gr. ſi apponeret pactum, ut conductores apud ſe ſepulturam eligerent; adeoque parochialem Eccleſiam, cujus ſacris intereſſent, prorſus negligerent. Cum enim ſepultura cujusque pertineat

(n) Conf. CHASSANÆUS in parat. ad Decret. ad d. t.

neat ad eam Eccleſiam, in qua ſalutis pabulum, dum viveret, percepit defunctus; per hoc pactum juri alterius detrahitur, conſequenter alter læditur: quod ſane improbum. Adeo adeo pactum improbum eſt illud ipſum, quod c. 7. X. d. t. infirmatur, cujus nempe occaſione juri alieno detrahitur. Huic prorſus ſimile eſſet pactum ſucceſſorium in transactione in vim ultimæ voluntatis conditum. Privaret enim tranſigentes eo, quod jure petere potuiſſent & ſaltem omiſerunt, ut ob præcipuum conceſſum compaciſcens ſoror ipſis poſt mortem ſuam portionem reliquam bonorum ſuorum ex æquis partibus relinqueret: quod præcipuum ſi retinere illa, ſimulque a fide ſua data recedere potuiſſet, multum utique juri compaciſcentium detraheretur, imo teſtatrix cum damno eorum ſeſe locupletiorem reddidiſſet, quod apertæ repugnat æquitati, eoque minus præſumendum, quod paciſcens intenderit, quo ſincerius res geſta adhibita, nempe autoritate Judicis, quæ omnem ſiniſtram excludit ſuſpicionem (o). Et quidem eo major eſſet dolus, quo promtius acceptatum, quod transactione datum, occaſionemque præbuit transactionem pro baſi totius diviſionis bonorum hereditariorum ponendi. Quæ tota adeo corrueret illa collapſa. Quæ ergo orietur confuſio, rebus a tranſigentibus poſt tot annorum decurſum partim alienatis, partim inſigniter mutatis, melioratis. Eo minus inde oriundum detrimentum compaciſcentium excuſationem mereretur, quo magis illa ipſa acceptatio dati in transactione ratihabitionem ejusdem involvat, quæ alias conventionem pro partium ſecuritate ſolidare debet, vi c. 2. X. de *Pact.* Operæ pretium erit, caſum hujus Capituli penitius perluſtrare.

Erat

(o) Boehmer. Conſ. & Dec. T. 2. P. I. R. 393. n. 4.

Digitized by Google

Erat inter Pontificem GREGORIUM I. & PROJECTAM Virum Illuſtrem in Sicilia finium regundorum controverſia. Nomine Pontificis tranſigebat FANTINUS ejus in Partibus Panormitanis defenſor. Qua Transactione non contentus Projecta ipſius Pontificis ratihabitionem petierat. Reſpondit Pontifex, ratam ſe eam transactionem habere. Nimirum tum temporis uſu receptum erat, ut a Pontifice Romano defenſores mitterentur in Provincias, quo Implorantibus Apoſtolicæ ſedis auxilium præſto eſſent. Qui non habebant poteſtatem transigendi, niſi haberent ſpeciale mandatum, quemadmodum nec Procurator Principis inconſulto Principe transigere poteſt. Ne igitur revocaretur a Pontifice, quod ab hujusmodi defenſore transactum, juſte exigebatur ejus ratihabitio, quæ conventionem omnino conſolidabat. Qui enim ab initio poterat mandare transactionem, eam quoque ex poſtfacto per ratihabitionem ſolidare poteſt. Pone ergo, quod heredes in Teſtamento ſcripti pactum iſtud ſucceſſorium Teſtatricis ſuæ impugnaturi obvertant, quod neſciverit, quid ab officialibus, quorum autoritate adhibita illud iniit, ſcriptum fuerit, adeoque minime in pactum iſtud conſenſerit: corruit ſane hoc obmotum ſtatim quam primum conſideratur ratihabitio, quæ ex poſt præcipuum in transactione conceſſum acceptando ſuperacceſſit. Hæc pactum & hic ut ibi conſolidat. Et hic namque ab initio teſtatrix poterat mandare transactionem ſeu mavis officialibus committere, ut ſcripto comprehenderent transactionem, quam ex poſt per ratihabitionem conſolidavit. Hoc ergo pactum potius ſpectandum quam diſpoſitio teſtatricis: ſiquidem prima quæſtio in ſucceſſione eſt, an adſint pacta ſucceſſoria? ſi non, an Teſtamentum? ſi nec hoc ad ſucceſſionem legi-

timam recurritur (o). Teſtamentifactio hic tacite excluſa: non enim neceſſarium eſt, ut per expreſſum Teſtamentifactioni renuncietur, ſed & tacite per pactum illa Teſtamentifactio excluditur (p), quoniam taciti & expreſſi in jure eadem vis eſt.

§. VII.

Hoc omne prono inde fluit alveo, quod ſignificatus verborum Pacti ſucceſſorii tantiſper variatus fuerit. Hoc ipſo equidem impropriatur. Ain vero, an id inſoliti quid? In ipſis legibus interpretandis ſæpiſſime hoc remedio opus, ſi ſententiam ejus tueri velimus. *Plerumque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur*, juxta capit. 6. §. 15. X. de V. S. Ita Modestinus l. 13. §. 2. ff. de Excuſat. Tutor. *Sed etſi maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult.* Fit hoc a JCtis ait Chassanæus (q), ut verba ipſa contra propriam ſignificationem accipiant, quo captionem omnem prohibeant, tuendæ voluntatis gratia, velut in l. 15. *ex conducto* §. *Papinianus ff. Locati.* Tantum abeſt ergo, ut a proprio verborum ſignificatu recedere liceat, ſi ſcripturæ, in quas pacta ob futuram oblivionem redigi ſolent, & rei cujuscunque ſententia illud depoſcat. Quæ major vero concipi poſſet captio, quam ſi pactum, quod per modum tranſactionis adeoque irrevocabiliter condere intenderunt tranſigentes, in vim ultimæ voluntatis revocabilis detorqueretur! Cum mens ipſorum clara ſit, ab illis quæ clara per ſe ſunt, quaſi præſtigiis quibusdam depellerentur. Quæ ſingula ut dilucidius ex ipſis rerum argumentis appareant, juvabit ſequens Facultatis noſtræ Judicatum addere. Urtheil.

(o) Stryck. Uſ. Mod. ff. L. 2. Tit. 14. §. 18. (p) Idem de Cautel. contr. S. III. c. 6. §. 7. (q) cit. loc. ad Tit. de V. S.

Urtheil.

In Sachen Johann Hartmans zu Ober- und Conrad Stoffels zu Unter-Florſtadt Klägere eines, entgegen und wider Heinrich Göckel, modo deſſen Erben, Johann Michael Geck, Valentin Wagner und Johann Stoffel zu Ober-Florſtadt Beklagte andern Theils, erkennen Bau-Meiſter und ſämtlich-Adeliche Ganerben des Schloſſes und Gerichts Staden, nach vorgehabtem Rath auswärtiger Rechts-Gelahrten, allem Ein- und Fürbringen nach hiermit vor Recht:

Daß Beklagten der in Beſitz von der Eliſabeth Geiſſin Verlaſſenſchaft genommene Antheil von Rechts-wegen gebühre, mithin dieſelbe von angeſtellter Klagde gäntzlich zu entbinden. Jnmaſſen wir hiermit compenſatis expenſis erkennen, V. R. W.

Daß dieſes Urtheil ꝛc. ꝛc.

Digitized by Google

Rationes decidendi
in Sachen
Johann Hartmanns und Conrad Stoffels von Ober-Florſtadt Klägere,
Contra
Heinrich Göckel/ Johann Michael Geck/ Valentin Wagner und Johan Stoffel, Beklagte.

HAt Eliſabeth Geißin den 15. May 1739. ein Teſtament gemacht, und darinn ihre vollbürtige Geſchwiſter zu ihren alleinigen Erben eingeſetzet. Als ſie aber eodem Anno verſtorben, haben ihre Halb-Geſchwiſter ſich der halben Erbſchafft angemaſſet, und ſolche unter ſich vertheilet, weilen ſie Teſtatrix und ihre ſowohl vollbürtige als Halb-Geſchwiſter den 1. Junii 1725. einen Tranſact und pactum ſucceſſorium dahin errichtet:

> Daß die Eliſabeth Geißin, weil ſie gebrechlich, einen Morgen Acker, nebſt einer Kuh und Bett, voraus bekommen, und ſolche 3. Stück demjenigen eigenthümlich verbleiben ſollen, bey wem ſie ſich aufhalten würde, ihr übrig Antheil aber bliebe den ſämtlichen, ſowohl erſter als letzter Ehe Geſchwiſtern zur gleichen Theilung, welches die Eliſabeth und übrige Geſchwiſter unter ſich dergeſtalt accordirt haben.

Ob-

Digitized by Google

Obwohlen es nun ſcheinet, als wenn 1.) pro Jure Romano Pacta ſucceſſoria l. 15. C. de Pact. reprobante, contra mores antiquos Germanorum iſta approbantes zu ſprechen ſeye, wenigſtens 2.) dieſelbe nur inter Nobiles, nicht aber auch inter plebejos, auch höchſtens nur einige, als das Pactum Confraternitatis, Pactum Ganerbinatus, Pactum unionis prolium, & Pacta inter Conjuges de ſucceſſione futura, nicht aber alle promiſcue recipirt wären, Sodann 3.) wenn auch das Pactum in gegenwärtigem Fall vor Rechts-beſtändig gehalten werden ſolte, daſſelbe doch durch das nachmahls errichtete Teſtament revocirt werden können, allermaſſen es wegen der Worte, zur gleichen Theilung bleiben / nicht in vim contractus, ſondern ultimæ voluntatis aufgerichtet, zu erachten,

Wernher P. 1. O. 282.

dergleichen Pacta pro revocabilibus zu halten.

Leyser Medit. ad ff. ſp. 44. Medit. I. II.

Hiernächſt 4.) es das Anſehen gewinnen will, ob wäre an dem Pacto überhaupt viel zu deſideriren, als daß es nicht zur Perfection gekommen, von Klägern nicht unterſchrieben, und die Teſtatricin ohne Beyſtand gelaſſen worden, auch dasjenige, was niedergeſchrieben worden, nicht verſtanden.

Nachdemmahlen aber 1.) die Obſervanz notoriſch, daß die Pacta nuda überhaupt modo ſerio & deliberato animo inita ferint, bey den Teutſchen ihre vim naturalem obligandi behalten, mithin auch die ſucceſſoria jederzeit, ſowohl inter Nobiles, als plebejos, ohne Unterſcheid

beybehalten worden, auch ohne die bey denen Römern vom Erben zu befürchtende Gefahr der insidiarum vitæ ſeines ihm bekant gewordenen Erblaſſers, bey denen nicht ſo auf Reichthum erpichteten Teutſchen beybehalten werden können, ſolchergeſtalt 2.) die ſonſt pro Jure Romano contra mores antiquos militirende præſumtio, in caſu ſubſtrato Pacti ſucceſſorii, propter obſervantiam antiquiſſimam notoriam ceſſiret,

Cramer in Programm. de Præſumt. pro Jure Rom. contra mores antiquos Germanor.

Und zwar 3.) um da mehr ſothanes Pactum vor Rechts-beſtändig zu halten, alldieweilen es in einem Transact über Johann Geiſens Wittib ſtrittiger Erb-Vertheilung errichtet, welcher ſelbſt denen Römiſchen Geſetzen nicht zuwider, und erfordert, daß nach ihm, als dem Principali, die acceſſoria pacta als irrevocabel interpretiret, mithin 4.) die Worte deſſelben, in gleiche Theilung gehen / nicht in vim ultimæ voluntatis revocabilis, wie ſonſten

Wernher P. I. O. 282. n. 6.

ausgedeutet, ſondern impropriiret werden, ut ſolam quantitatem portionum inter ſucceſſores pactitios diſtribuendarum definiant, als welches nichts ungewöhnliches, wie es das Wort Leibes-Erben, ſo pro ſubſtrata materia bey Feudis und Stamm-Güthern contra ſignificatum proprium allein von denen Männlichen verſtanden wird, des mehrern ausweiſet:

weiſet, ein ſolches auch hier um deswillen nöthig, weil ſonſt ein Abſurdum heraus kommen, und transactio pro lubitu revocabel würde, welches hier um deſto unbilliger wäre, je aufrichtiger es mit der Eliſabeth Geißin, als einer die ſchwächlicher Leibes-Conſtitution war, ihre Geſchwiſter gemeinet, indem ſie ihr zu beſſerer Unterhaltung ein Præcipuum accordiret, und des Endes von dem ihrigen vieles zurück gelaſſen, dieweilen ſie es dermahleins wieder bekommen ſollen, widrigenfalls jenes nicht geſchehen wäre, ſie auch Eliſabeth Geißin 5.) ein ſolches ohne Anſtand voraus genommen, einfolglich dadurch von ihr gleichwie von denen übrigen Tranſigenten, der Transact in die Erfüllung geſetzt worden, ſo, daß wenn er nunmehro pro nullo gehalten werden ſolte, die An. 1725. gemachte Erb-Vertheilung dadurch gleichmäßig aufgehoben, und wieder alles umgeworffen, und de novo getheilet werden müſte, welches doch vielen Schwierigkeiten unterworffen, ja wohl unmöglich, (maſſen binnen 15. Jahren der eine das ſeinige wieder veräuſſert, der andere gäntzlich verbauet,) auch um ſo viel mehr unverantwortlich wäre, da 6.) ſothaner Transact autoritate judiciali errichtet, quæ ſiniſtram ſuſpicionem excludit.

BOEHMER Conſ. T. II. P. I. R. 393. n. 4.

Ohnerachtet der Beamte ſich einige Jahre nachhero mit der Herrſchafft entzweyet, und davon gegangen, angeſehen genug, daß er zur Zeit der Confirmation des Transacts ordentlich-Herrſchafftlicher Beamter geweſen: cum pro officialibus publicis ſemper præſumendum ſit, & ab ipſis præſumatur abeſſe omnis dolus

MAS-

Digitized by Google

Masc ard. de Probat. Concl. 1138. n. 1. 2.

Solchemnach die angebliche Colluſion derer Beklagten mit dieſem geweſenen Amtmann vor unerheblich zu erachten, anbeneben 7.) ob autoritatem judicialem adhibitam nicht nöthig geweſen, daß Klägere den Contract ſubſcribiret, ſo wenig, als daß Eliſabeth Geißin, die ohnedem majorenn geweſen, einen Beyſtand gehabt hätte, inſonderheit da ſie den Transact ex poſt noch ratihabiret, und damit zufrieden geweſen, folglich dadurch bezeiget, daß ſie gar wohl verſtanden, was nieder geſchrieben worden, auch der Transact zu ſeiner Perfection gekommen, ab welch allem 8.) Sonnen-heiter hervorleuchtet, daß mehr ermeldte Eliſabeth Geißin gegen ſothanes Pactum und Transact ein Teſtament zu errichten, und davon abzuweichen nicht vermocht, ſondern gegen das Commodum dieſes Incommodum ſich gefallen laſſen müſſen;

Als ſind wir Innhalt Urtheils zu erkennen, und die Unkoſten, weilen es auf eine Quæſtionem Juris dabey mit angekommen, zu compenſiren bewogen worden. A. V. R. W. Urkundlich. Datum Menſe Januar. 1741.

DECANUS &c. &c.

UG1152108

Digitized by Google